



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 69. Comes Armeniacus ex hoc comitatu a se occupato per Delphinum
brevis expulsus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

dem carceri eripi jussit, & secum Picta-
vium duxit, ubi integræ libertati restitu-
ta præfatum Comitatum Regi cessit; cum
omni prole destituta, jamjam octuagesi-
mum ætatis suæ annum & amplius age-
ret. Facta hac donatione haud multo
tempore superstes, Pictavii, Rege adhuc-
dum ibi commorante, extremam clau-
sit diem.

Sæcul. XV.
A.C.1443.

§. LXIX.

*Comes Armeniacus ex hoc comitatu a
se occupato per Delphinum brevi
expulsus.*

Comes Armeniacus, qui cum defunctæ
Comitissæ Marito, atque alio Fuxi
Comite de dividenda inter se Conven-
tione secreta communicabat con-
silia, summo animi mœrore percepit, ean-
dem jam Regi dono datum fuisse. Ni-
hilominus Anglos ad sua studia pertrahe-
re conatur, horum auxilio, si necessitas
urgeret, rebus suis opportune consultu-
rus. Interea vix comperto Comitissæ o-
bitu, ejusdem terras jamjam Regi datas
occupat, ac præsidario milite munitas
suæ potestati subjicit, quas tamen haud
diu tenuit. Rex enim confestim Del-
phinum Filium suum unacum Loheaco
Marescallo, ac validis copiis eo decrevit,
dato negotio, ut Armeniacum Comitem
in

Sæcul. XV. in Insula Jordani totis viribus aggredere-
A.C. 1443. tur. Comes tam inopinata vi præven-
 tus, caussæ suæ melius prospectum iri
 arbitrabatur, si Delphinum adiret, pacem-
 que exoraret. Attamen nullis publicæ
 securitatis literis munitus comprehendi-
 tur, & unacum conjugē ac liberis suis
 Vaurium in captivitatem abstrahitur. Quo
 factō Delphinus non modo Convenarum
 sed etiam ipsum Armeniaci Comitatum
 suis subjecit armis, exceptis duntaxat Se-
 veraco & Uxelloduno, duobus castris,
 quæ Armeniaci Nothus aliquamdiu pro-
 pugnavit, donec tandem & ea certis con-
 ditionibus Delphino dedere compulsus
 esset. Armeniacus vero, nequicquam pro-
 ficientibus Fuxi Comitatis precibus, ægre
 admodum, & nonnisi dura conditione, ut
 omnes terras a se occupatas redderet,
 libertatem, pacemque redemit.

§. LXX.

Joannis Britannicæ Ducis obitus.

*Argent.
 hist. Britan.
 la Touche*

Eodem anno die vigesima octava Men-
 sis Augusti Joannes V. Britannicæ Dux
 in suo Tuchiano castro prope Nannetem
 dierum suorum curriculum absolvit. Re-
 linquebat Ducatum suum omnium rerum
 abundantia, & ingenti popularium fre-
 quentia longe felicissimum; quippe co-
 piosos hosce fructus ex diutina pace col-
 legerat,